



## LECTORI.

**S**uperiore anno, amice Lector, me in scio, & inopinante prodierunt in lucem duo libelli nostri de Ponderibus & Nummis, quos non erat animus emittere, nisi coniunctos cum iis, quos de Mensuris scripsimus, quia hæc inter se connexa sunt, & alterius

Altera poscit opem res, ac coniurat amicè.

Sed quia res ita contigit, age, nunc saltem fidem liberemus, & institutum opus expleamus. Tu, benigne Lector, siue serum, siue precocem hunc fructum, & multis partibus adhuc informem partum hilari vultu excipe, Deum orans, ut olim adolescere, & Reip. literariae in seruire possit. Vale. Sedani, Idibus Ianuariis. cl. l. c. VII.